



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

S. Vincentii Lerinensis Galli, Libellus Verè Avreus Adversus profanas Hæreseōn novationes

Vincentius <Lerinensis>

Coloniae, 1652

Caput XXII. [i.e. XX]

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55177](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55177)

æternum quoque permaneat pro-
 prietas uniuscujusque naturæ : quo
 scilicet nec unquam Deus corpus
 esse incipiat, nec aliquando corpus
 esse desistat : quod etiam humanæ
 conditionis demonstratur exemplo :
 neque enim in præsentis tantum, sed
 in futura quoque unusquisq; homi-
 num constabit ex corpore, & anima
 nec tamen unquam aut corpus in
 animam, aut anima vertetur in cor-
 pus : sed unoquoque hominum sine
 fine victuro, in unoquoq; hominum
 sine fine necessariò utriusque sub-
 stantiæ differentia permanebit. Ita
 in Christo quoque utriusque sub-
 stantiæ, sua cuique in æternum pro-
 prietas, salva tamen personæ unita-
 te, retinenda est.

CAPUT XXII.

Sed cum personam sæpiùs nomi-
 namus, & dicimus, quòd Deus
 persona homo factus sit, vehemen-
 ter verendum est, ne hoc dicere vi-
 deamur, quòd Deus verbum sola i-
 mitatione actionis, quæ sunt nostra
 suscepe-

susceperit, & quidquid illud est, con-
 versationis humanæ, quasi adum-
 bratus, non quasi verus homo fece-
 rit: sicut in theatris fieri solet, ubi
 unus plures effingit repente perso-
 nas, quarum ipse nulla est. Quoties-
 cunq; etenim aliqua suscipitur imi-
 tatio actionis alienæ ita aliorum of-
 ficia, aut opera patrantur, ut tamen
 hi qui agunt, non sint ipsi quos imi-
 tunt. Neque enim ut verbi gratia se-
 cularium & Manichæorum utantur
 exemplis, cum actor tragicus sacer-
 dotem effingit aut regem, sacerdos
 aut rex est: nam desinente actu, si-
 mul & ea quam susceperat persona
 desistit. Absit hoc à nobis nefarium
 sceleratumq; ludibrium. Manichæo-
 rum sit ista dementia, qui Phanta-
 siæ prædicatores, ajunt filium Dei
 Deum. personam hominis non sub-
 stantivè exstitisse sed actu putativo
 quodam, & conversatione simulati-
 se. Catholica verò fides ita Verbum
 Dei hominem factum esse dicit, ut
 quæ nostræ sunt, non fallaciter, &

adum-

adumbratè, sed verè expresseque susciperet: & quæ erant humana non aliena imitaretur, sed potius ut sua gereret; & prorsus quod agebat, hoc etiam esset. Sicut ipsi nos quoque in eo quod loquimur, sapimus, vivimus subsistimus, non imitamur homines, sed sumus. Neque enim Petrus & Johannes, ut eos potissimum nominem, imitando erant homines, sed subsistendo. Neque item Paulus simulabat Apostolum, aut fingebat Paulum, sed erat Apostolus, & subsistebat Paulus. Ita etiam Deus Verbum, adsumendo & habendo carnem loquendo, faciendo, patiendo per carnem, sine ulla tamen suæ corruptione naturæ hõc omninõ præstare dignatus est, ut hominem perfectum non imitaretur, aut fingeret, sed exhiberet: ut homo verus non videretur aut putaretur, sed esset, atque subsisteret. Igitur sicut anima connexa carni, nec in carnem tamen versa non imitatur hominem; sed est homo & homo non per simula-

simulationem, sed per substantiam
 etiam, Verbum Deus absque
 sui conversione uniendo se homi-
 ni non confundendo; non imita-
 do factus est homo, sed subsistendo.
 Adjiciatur ergo tota penitus per-
 sonæ illius intelligentia, quæ
 gendo imitatione suscipitur: ubi
 semper aliud est, & aliud simula-
 tur: ubi ille qui agit nunquam is est
 quem agit. Absit enim, ut hoc fa-
 laci modo Deus Verbum hominis
 personam suscepisse credatur: sed
 ita potius, ut incommutabili
 manente substantia, & in se perfe-
 cti hominis suscipiendo naturam
 ipse caro, ipse homo, ipse persona
 hominis existeret: non simularo-
 ria, sed vera: non imitativa, sed
 substantiva: non denique quæ cum
 actione desisteret: sed quæ profice-
 tur in Christo personæ unitas, ne-
 quaquam post virginis, ut ex-
 go compacta, acta
 perfecta est.